

**Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola  
Prodigi Euangelici**

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxx et Libidinibus Prodigii

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

Interpres Lectori.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55916)



## INTERPRES LECTORI.

**A**Cademiam Peccatorum, benivolè Lector, dedit iam olim genti Francica patria lingua, Vir doctrina & pietate illustris R. P. Philippus Bosquierus. Ego eam patriæ fines auebam migrare, & latium resonare. Id animi indidit publici amor compendij non auarè pretium statui labori meo; sed cum esse quæstum in animum induxi maximum, quam maximè seruire multorum commodu. Hic periculum faciendum censui. an erravi? fors in translatione, at non in materia & electione. quæ communior, quæ potest reperi viator? labimur qui homines sumus. in multis enim offendimus omnes: spiritus sancti Iacobus effatum est. Eximat se huius Academia à studio, qui se non posse argui de peccato existimat. qui mendaciter audet dicere, Absque peccato & innocens & Jerem. 2. go sum. Non peccauī. sed nemo cui modò cerebrū in capite, quem non infanda dementavit ab Orco redacta Catharorum heresis, ed insipientia deuenit. Non est quisquam Catholica fidei assertor, quem nō bac in Academia iuuet multam collocasse operam ut quia oris mind integri omniumq; maculae prorsus puri esse non valeamus. caueamus à culpis anima aeternā mortem inferibus plangamus, doleamus, fructus dignos ibidem penitentiae faciendo admissas. Quisq; agat penitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnia hic esse cura debet. Variatum Scientiarum

(:) s. 178-

AD L E C T O R E M .

Athenae non omne mortalium genus complectitur,  
Huic Academia omnes inscripti sunt. Non enim est  
distinctio. Omnes peccauerunt, & egent glo-  
ria Dei. Si dixerimus quoniam peccatum non  
habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in no-  
bis non est. Quid proinde utilius quam huius Aca-  
demiae ex prescripto confiteri peccata nostra, vt qui  
fidelis est & iustus Deus remittat ea nobis? Om-  
nis quippe labor, omne studium hac in schola impen-  
sum, eo sine sit, vt non peccemus. Sed & si quis pec-  
cauerit, aduocatum norit se habere apud Patrem,  
Ietum Christum iustum, qui est propitiatio pro  
peccatis nostris. O materia scriptio pulera, ele-  
cta, nobilis! auro certe contraria. Non ignoran-  
tibus veritatem, sed scientibus eam loquor. Sili-  
que terrenarum delectationum non explent famem.  
Ad benignissimum Patrem festinamus, vt saturemur,  
vt stolam induamur primam. Si animitus hoc acquiri-  
mus, frequentandum hanc Academiam est. Quan-  
tis exuberat omnifaria eruditio scaturiginibus?  
quo eloquentia fluit flumine? quibus ornamentorum  
artis oratoria scintillat luminibus? quā valido assur-  
git impetu? vi feruent chartaceas retas adductis in-  
dicendo masculis lacertorum torus? altas sapientias  
neruos amenuo debetur oratio. Ipsum Auctorem In-  
terpretem requirebat. Iuxta statē robur est ho-  
minis; iuxta doctrinam versio. at ego Latina non a-  
quaui Gallicus. haec caput calo inferunt fateor, quia  
ab ipso Auctore sunt; illa vero terram legunt, quia à  
me interprete sunt. non idem mihi ardor dictiois,  
qui Auctori. non illa verborum electio, non sententia-  
rum plena aculeis concisio. vereor sepiuscule aut Scy-  
thian

Rom. 3.  
1. Ioan. 1.

Ibid. 2.

Judic. 8.

## AD LECTOREM.

thiam aut stiēteis iuimus Afros. quid mirum? ipsum  
P. Philippum quantus quantus est, nō nisi Bosquierus  
dabit. Apelleā quod à manu est, omne ad exemplar  
laboratum opus longè exuperat. Homerus dignè Ho-  
mero vt Latio detur, Marone opus est: vt Demosthe-  
nes Tullio, vt Menander Terentio, vt Callimachus  
Propertio. Non omnis fert omnia tellus. Ut verd trāf-  
latio fors humilior sit, & infra auctori eleganter ē  
illam puritatem non ē gratiā ingrata erit: quin po-  
tius quia fidelis, & quantum sat Romano vestita  
cultu, velim quantum elabarat a mihi, tantum acce-  
pta sit publicē. an non erit? erit, si mens non laua.  
Scripta Bosquierana diffundent odorem suum. In  
amaro & aspero (si alicubi occurrerit) corticis quasi  
versorū, dulce nuclei cogita. mellitior conditura, non  
semper in promptu. à superficie ne censuram vibres:  
offa tenta & medullas. intima perscrutare. rem qui  
quæxit & ex ea fructum salutarem, nō nimis de co-  
lore quo imbut a exterius, sollicitus est. Vestis virum  
ornat; at animum nulla mutat. Interpretatio vna,  
selectiorum ornatiore verborum cultu, antistat al-  
teri; verum tamē quia ex fide agit, sensa nō variat.  
Præfinito enim hic loqui necesse est. Peñum interpretandi genus est, de suo tēmerè quid ad texere. in-  
iurius est magnis viris qui ita animatus est. Nō feret  
et atem eiusmodi versio, tamenetsi exculsa sit pro-  
bisimè fumei q̄s quevis pagina perpetuo ele-  
latinitatis thymo odorata, quo morosissim⁹  
etoris acetum detergat. Illa verd per-  
enabit, que Au-  
nus plenā & sanguine, vt pura grauem pōdere, ner-  
mentis & stibio non cole-  
ret; hoc tamen quā valet a-  
git,

AD LECTOREM.

git, natiuo colore & splendore vt luceat suo. Non licet esse tam lucentioso, vt in alieno frustra ingeniosus sis. Nil preterquam quod ab Auctore positum, ponen-

a. Mac. 2. dū. Nouē domus architecto, de vniuersā stru-  
eturā curandum est. Alienam qui proficidit an-  
sollicitat humum, non iacet in ea nisi ex præscripto  
assignat & semina. Ad normā laborat, qui aliena ex-  
equitur. In banc nunc arenā descendit. Non hic iam  
captandum opinor aliquam gloriolum, nō prima pe-  
tendum non vincere alios certandum; sed commu-  
ni studendum utilitati. tamen,

Extremos pudeat rediisse. —

Iudicabis Lector. Hoc habe,

Si quisquam est qui placere se studeat bonis  
Quam plurimis, & minimè multos laedere,

Jbid. In his ego vna cum ipso Auctore nomē profiteor me-  
um. Sicut hi quae præparant coniuiū, & que-  
runt aliorum voluntati parere propter mul-  
torum gratiam, libenter laborem sustinemus,  
& hunc certè versionis huius causā non facilem,  
immo verò negotium plenum vigilarum &  
sudoris afflumsumus. Sed,

Qualis speluncā subito commota columba,  
Cui domus & dulces latebroſo in pumice  
nidi,

Feratur in arua volans, plausumque exterrita  
peccatis

Dat teat. ingentem: mox aëre lapsa quieto.  
Radit iter liquas;

Lip. 1. Sic assuetus in solitudinē & silentio, in desiderio  
animæ attraxi ventum in moris hujus Academiae  
Bec-

## AD LECTOREM.

Peccatorum Gallice , ut facerem Latinam, exitem  
plausu favoris Francici, & Fama Bosquieri claritu-  
dine. Ut me ad interpretationē accinxī, aperto quā  
mox Gallico decurri a quore. Percurre amice Lector,  
ac mecum in uola in Adytā Sacrorum Monitorū Bos-  
quierr, q̄to

Nil exactius eruditiusq; est,  
Sed nec candidius benigniusq;  
Hunc si pētore, si tenebis ore,  
Nec ronchos metuam maligniorum;  
Nec scombris tunicas dabo molestas.

Nam Bosquierum,  
Nulla dies vñquam memori — eximet æuo,  
dum domus Seraphici Ordinis , Romam fidei Ortho-  
doxæ in Petro Petram quasi immobile saxum  
Accolet, Imperiūq; Pater Romanus habebit:  
Illi etenim agitur, — nescia fallere vita,

Dives opum variarum,  
in religiosis Virtutibus, in libris editis.  
Sollicitent alij remis freta cæca, —  
Atq; alio patriam querat sub sole iacente,  
— penetrant aulas & limina regum;  
Mo verd cum magno hoc Viro primū dulces ante  
omnia Sacra litteræ,  
Quarum sacra fero ingenti percussus amore  
Accipiant, cæliq; vias & gaudia monstrant.  
Ita & tibi beneuole Lector yougo.

## AVCTOR.